iniuria iniuriam retorquere:ut ff.de iuſt.& iur ut uim atque in-
iuriã,& eam propulſare:ut extr.de homi.ſignificaſti. el ii. pro-
pe fi.& ff.de bo.lib.qui cũ maior. & paria delicta mutua cõpen-
ſatione tolluntur:ut extra,de adul.cap.pe.& fin.& ff. de dolo. l.
ſi duo.ff ſolu.mat.uiro.& C.de inoffic.teſtamen. in arenam. Dic
contrà:quiſque enim noſtrum ageret de ſua iniuria:licet par ſit
iniuria.C.qui accuſa.non poſ.neganda,quæ eſt iii.quæſt xi.& de
iureiur ueniens,Nec obſtat illud,quòd paria delicta,&c.quia lo
quitur,quando crimina circa idem factum committuntur:& ex
eis ciuiliter uel criminaliter agitur : puta circa idem matrimo-
nium,uel circa eandem ſocietatem,& huiuſmodi: ſecus ſi ſint
diuerſa facta,ex quibus ciuiliter uel criminaliter agitur:ut in prę.
l.neganda.Nec iniuria proſequendo iniuriam propulſatur , ſeu
tollitur,ſed potius accumulatur.ff.de adul. l. ii.§. ſi publico. Di-
cunt tamen quidam, quòd ſi te prouocaui dicto uel facto ad i-
ram, & ſi dicto uel facto mihi iniuriaris, non debes ex hoc mihi
condemnari.ar.ff.ſi quadru.pau.fe.dica.l.i.§.cum arietes. Quod
enim calore iracundiæ fit,non imputatur.ii.quæſt. iii. ſi quis ira-
12 tus.& § notandum.uerſ.prin.†¶ Item repellitur accuſator, ſi iã
tranſegit uel pactus eſt de crimine priuato,uel etiam capitali,ni-
ſi in crimine adulterii:in aliis autem publicis, quæ pœnã ſangui-
nis non ingerunt , non licet tranſigere . præter quam in crimine
falſi.C.de tranſact.l.tranſigere.C.ad l.Cor.de fal.querelam.ii. q.
m iii.ſi quem.§ notandum.uerſi.in omnibus[m].Sed hę uidentur per
emptoriæ,etiam in cauſa criminali:& ideo ante litis conteſt. op-
ponendæ.argum.ff de adul.ſi maritus.§.præſcriptiones.Sed for-
tè ſpeciale eſt in accuſatione adulterii:uel de dilatoriis loquitur
n ſecundum Vbertum de Bo.[n] ¶ Conſilium autem eſt,quòd perẽ
ptoriæ opponantur ante litis cõteſt.& probatio reſeruetur poſt,
ut dicã j̃.de excep.§.dicto.in prin. Item,quòd fecit pactum,ut nõ
o accuſet[o] de crimine iam commiſſo:ut ff.de pac.ſi unus.§.pacta.
13 †¶ Nunquid ergo clericus paciſci poteſt,ne prælatum ſuum de
crimine commiſſo accuſet? Reſpon. non, xxiiii. quæſt. iii. ecce.
quia turpe pactũ eſt,ne de crimine agatur.ff.de pac.ſi unus. §. il-
lud.&§.pacta. Ad idem.ff.de re.iur.contractus.extra,de iureiur.
quemadmodum.§.illud autem.ubi de hoc.Secus ſi tacitè fiat pa
ctum,ut extra, de accu.ueniens,& ſecus ubi per ſententiam hoc
præcipitur alicui, vt eum de cætero non accuſet. xxxiii.q.v.hæc
imago.Item excipitur cõtra eum:quòd ſpoliauit accuſatum to-
ta ſubſtãtia ſua,vel maiori parte:extr.de reſ.ſpo.frequens.lib.vj.
Item,quòd ipſe criminoſus eſt quocũque crimine:vnde non po
teſt alium accuſare:extra,de exce.à nobis.iii.q.iiii.ſi quis à ſuo &
c. ſequentibus.& q.vii.qui ſine &c. poſtulatus.& cap. infamis.§.
tria.in fin.licet etiam nõ ſic nunc:quia ſufficit,quòd fuerit.vi. q.
j.qui crimen.xxv.diſt.eo.tit.Item quòd eſt vilis perſona.extr.de
ſpon.cum in tua & de ſimo.licet Hely.&c ſeq. ii. q. j. in primis.
14 †¶ Item quòd eſt frater [p],qui non poteſt fratrem vel ſororem
p criminaliter accuſare de magno & capitali crimine:imò ſi faciat,
pœna exilii plectendus eſt,niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſe-
quatur, vel niſi in leuibus criminibus.C.qui accu.nõ poſ. ſi mag
nũ.& l.ſi ſororem.& niſi in crimine lęſę maieſt.C.eo l.pe.& hęre.
ſis: vt extra,de preſcr.literas.& xxiii.q.viii.legis.& s̃.dictum eſt.
Affinis autem accuſat affinem.arg.C.de abo.l.ii.in fi.arg.contrà,
q iii.q.v.ſimiliter[q].Pater etiam & mater accuſant filios de crimine
in ſe commiſſo:aliàs non:vt ff.ad l.Cornel.de ſica.inauditum.C.
qui accuſare non poſſ.propter inſidias vel ſi paternam pietatem
non agnoſcant.C.de pact.pig.l.iii.& non econuerſò:vt j̃.ver.itẽ
15 quòd eſt libertus.†¶ Quid ſi aliquis interfecit patrem,vel tuto-
rem meum:poſtea pœnitet,& fit bonus:nũquid potero eum vl-
terius accuſare? Et videtur,quòd nõ. Video enim ex odio proce
dere,cùm ille contritus & emẽdatus ſit:extra , de accu.accuſaſti.
lxxxvi.diſt odio.arg.cõtrà,quia ſi nõ fecero, priuor hæreditate
C.de his,quibus vt indig.l.i.Item licet ſatisfecerit quo ad Deum
non tñ quo ad mundũ. j̃.de abo.§.i.ver.porrò.in fi.ſed dic ꝙ po
tius debeo perdere hęreditatem. Alii ſunt tamen contrà,dicẽtes
quòd licet accuſem non tamen videor ex odio procedere.ſecũ
r dum Vinc.[r] Item quòd accuſatus aliàs ſuper eodem crimine ab.
ſ ſolutus eſt:quod dic vt in præ.ver.porrò[s].Item quòd altero ac-
cuſatore mortuo, vel aliqua de cauſa impedito lapſi ſunt xxx.di
es vtiles:vnde non eſt alter admittendus.ff.de accu. libellorũ. in
fin.quæ

## ADDITIONES.

a Vnica. ¶ Et ff.de accu.l.diui fratres.
b l.iii.Et eo .tit. l. congruit. facit extr. de procu. accedens. de ſpon.cum lo-
cum.
c Quidam.Guido de Suza.ſuper præd.l.vni.& Rol.doct.in prin. ſui operis
ambo tamen fatentur hoc lege non caueri.Non obſtat lex , ſi quis homici-
dii.C.de accu.quæ loquitur in illo,qui inchoauit,vbi no.Io.xxii.q.i. ſi quis
per capillum. officio iudicis poteſt quis cogi quòd accuſet:ſed non iure a-
ctionis.vide etiam quod no.ii.q.vii.qua propter.iiii.quæſt.v.c.uno.
d Reſpon. ¶ Secundum Roffre.in vi.rub.
e Quiſquis.¶ Dicit Io.in c.j.in primis.uerſ.quia igitur.s̃.alleg.cui iſte uerſic.
continuatur,quòd poſſet eſſe,quòd unus probaret,& alter deficeret.
f Repellitur. ¶ Hæc fuit vii.rub.Rof.& iſtis coniunxit uer.item quid eſt ſe-
mel.cum duob.ſeq.
g Dilatoria. ¶ Vide j̃.uer.ſed hæ.
h Vber.de Bo. ¶ in §.ex perſona actoris. s̃. de actore.in prin.alle.in pe.col.
Tan.autem hac dicit in ii.compil. ſuper decr.quamuis ad abolendam. de
ſimo.
i Si quis.¶ Vide quod ibi no.& quod no.de teſtib.c.j.lib.vi in ult.glo.C. de
lib.cauſa.l.ſi filium.in ult.glo.per Ho.in Sum.de ſimo.§.qui accuſationem
in fi.¶ Adde Dy. in tractatu de quæſtionibus,ubi dicit, ꝙ inculpatio,quam
facit ſocius criminis de aliquo,in caſu quo poteſt interrogari,facit indiciũ
ad torturam.& hoc ſequitur Alex.in l.i. § ſi ſeruus.in addi.ibi. ff. de quæ-
ſtioni.
K Vt ibi. ¶ In fi.magnæ gl.cui concor.quod no.i.q.i.reperiũtur.in gl.penult.
l Accuſare.¶ Quando accuſatio procedat ex cõuitio illato,ſcripſi poſt Hoſt.
de iniuriis.c.fin.ſuper.iiii.gloſſ.& adde ad ibi dicta quod plenè ſcripſi infrà
de iniur.poſt prin.
m Omnibus.¶ Vbi de hoc.in i.gl.verius autem de hoc no.præ.l. tranſigere.
n Vbert.de Bo.¶ Vbi ſuprà.
o Accuſet.¶ Pactum autem ne ſuperiori ipſius reuelet,etiam ſi iuratum ſit,
non obligat.de offi.or.quia plerique.lib.vi.
p Frater.¶ Hoc poſuit Roff.ſub.ix.rub.de qua infrà,verſic.item quod eſt li-
bertus.
q Similiter.¶ Ibi quo ad affines,quòd non poſſunt eſſe accuſatores exponitur,id
eſt accuſatoris teſtes.
r Secundum Vinc.¶ Qui hoc not.de accu. accuſaſti. & vt ibi ſcripſi. Secun-
dam ſequor.
ſ Porrò.¶ Eſt j̃.de abo.§.i.allegato s̃.i.colum.ver.quid ſi quis.

fin.quæ eſt.2.q.8.&ff.ad Turpil.aut priuatim.& j.in tit.de aboli.
ver.legalis.Item quod alius primo cœpit accuſare,vnde pendente illa
accuſatione non eſt alius accuſator admittendus.ff. de accuſa. hi
omnes.§.ab alio.Item quod eſt apoſtata, vel filiusfam.vel mona-
chus:vt ſupra.de actore.in diuerſis verſicu.Item ſi ex l.Cornel.de
iniu.experiatur coram ſocero,vel gño vel alijs,qui numerantur,
16 s.de iudic.deleg.§.ſupereſt.verſicu. item in lege Corn. † ¶Item
a quod eſt mulier,[a] quæ propter verecundiam accuſare nō poteſt.
2.q 1.prohibentur.15.q.3.de crimine.ff.de accu qui accuſare. ni
ſi in caſibus.¶Primo ſi proſequatur mortem eorum cōtra quos
inuita non cogit teſtificari.¶Secundo in l. Cor.teſtamentaria de
falſis,& in teſtō falſo liberti paterni, vel materni.ff.de acc. l.2.C.
q accuſ.non poſſ.vxor.l.ſenatus.& l.non ignorat. & l. de crimine.
¶Tertio,ſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequat,& hoc eſt com
mune omnibus. accuſare prohibitis,vt j.prope fi.ver.in ſumma.
¶Quarto,in l.Iul.de an.ff eo militem.& ff.ad l.Iul.de an.l.fi.2.q.
1.prohibentur.¶Quinto,in l.ma.de ac.in quæſtionibus 6.quæſt.
1.nullus.¶Sexto,in crimine ſuſpecti tutoris:Inſtit.de ſuſp.tu. &
ff.eod.l.1.¶Septimo,in crimine ſimoniæ:vt in præ.verſi. in ſum
ma.¶Octauo in crimine hæreſeos,vt in præ.verſi.in ſumma. ex-
tr.de diuor.de illa.17.q 4.ſicut qui eccleſiam.23.q.8.le.& qu.5.ſi
audieris.¶ Nono,forte in dilapidatione:vt in præ.verſic. in ſum-
ma.Sicut ergo non admittitur in publico crimine mulier, ita nec
in populari accuſatione,niſi ad eam pertineat.ff.de pop. act.mu-
lieri.In multis enim articulis deterior eſt conditio fœminarum ,
quam maſculorum. quod dic vt j.in tit.de procu.§.1.verſi.regu-
17 lariter.†¶Item excipitur,quod eſt pupillus ,[b] vel impubes vt in
b præ.l.qui accuſare.& 2.q.1.prohibētur.C.de fal.mo.l.j.4.q.3.c.ſi
teſtes §.inuiti.ff.de rei uen.quod infans. niſi quando mortem pa-
tris vel aui proſequitur, & niſi in l.Corn.teſtamentaria ob teſta-
mentum patris: ſed hoc fit cum auctoritate tutoris, & cum doli
eſt capax.ff.eo.l 2 §.fin.& niſi forte in crimine læſæ maieſ.& hoc
cum auctoritate tutoris.C.de auctor.præ.clarum.Popularem au
tem actionem non intentat,niſi ad eum pertineat ff.de popul a-
18 ctio. mulieri. † ¶ Sed quid de pubere ? Dic quod admittitur ad
c accuſandum cum tutoris[c] auctoritate.argum.præ.l.clarum Nam
ex quo de pupillo excipitur,in adoleſcentia concedi videtur:ni-
ſi in l.Iul.de adulte.vbi requiruntur 25.ann.ff.de adul. ſi maritus.
§.lex Iulia.ſecundum Roff.& Azo. Alij dicunt ,quod nec pupil-
lus, nec minor 25.ann. poteſt de publico crimine accuſare, niſi
ſuam,vel ſuorum iniuriam proſequatur.argument.præ.§. lex Iu-
d lia.Cætera de minore,dic vt s.de acto.in prin.[d] †¶Itē excipitur[e]
19 quod eſt miles, qui propter ſacramentum non poteſt accuſare.
e 2.quæſ.1.prohibentur.& in præ.l.qui accuſare.niſi ſuam vel ſuo-
rum iniuriam proſequatur.C.qui accuſ.non poſſ.l.non prohibē.
& l.ſi crimen.& niſi in crimine læſæ maieſt.C.ad l.Iul.ma. nullus.
quæ eſt 6.quæſt.1 & niſi pro annona fraudanda.ff.de accuſa.mu-
lierem.& hoc ideo eſt , ne à ſuſceptis ſignis auocetur. argument.
C.lo.l.fin.& l.milites.& 16 quęſt.1. generaliter. Et hæc & ſimilia
intellige de milite, qui iurat ſe non euitaturum mortem pro re-
f pub.ff.ex quib.cau.ma l.penul[f] ff.de his qui not. infa.l. 2. non de
eo,qui ſtat in domo propria , qui non iurat modo prædicto , nec
ſtipendia meretur.C.de proc.l.qui ſtipendia.& in præ.l.qui accu
ſare.Sed forte negociatur,& alijs militibus patrocinatur.argum.
extra,de vi.& ho.cle c ſi & de cle.coniu.ex parte & de priuileg.
ex parte Milites enim noſtros potius arma ſcire volumus quam
leges.C.de iur deli ſcimus. De quibus militibus hic intelligatur,
g vide j.de proc[g] verſi.item quod eſt miles.† ¶Item quod eſt ma-
20 giſtratus,[h] vt præſes prouinciæ,ſeu iuſtitiarius, vel ſeneſcallus,&
h huiuſmodi,qui habent agnitionem miſti vel meri imperii:& alij,
i de quib.dixi s.de iur.omni.iud.ff.de accuſa. qui accuſare . & l.hos
accuſare.2.q.1.prohibentur.ff.de iniur.nec magiſtratibus. ff. de
iud.pars literarum.ff de adul.ſi maritus ſit magiſtratus.in princi.
k Hi enim maiores magiſtratus[k] ante depoſitum officium non ac
cuſantur , niſi in caſu : quia pater poteſt eum cum filia inuentum
occidere.ff de adulte.marito.nec conueniūtur:vt dixi s.de acto.
verſicu.item illuſtris.dic vt j.titu.proxi.verſicu.item nec maior.
& s.titu.proxi.ver.item conſul.Item nec legati Imperatoris, vel
præſidis prouinciæ:vt eo.tit.item nec legatus & ſeq. Sed quid de
minoribus magiſtratib.vt ſunt defenſores, ſeu poteſtates ciuita-
tum?Reſpon.iſti tēpore ſui officij accuſant,& accuſantur,agunt
& conueniuntur.ff.ad l.Aquil.quemadmodū.§ ſi magiſtratus.&
l. in præal. l.nec magiſtratib.ff.de iud.l ſi filius.ff.de reg.iur.factū
Inſti.de ob.quæ ex quaſi del.naſ.C ut omnes tam ciui. quam mil.
21 l.in l.vnica.†¶Item,[l] quod eſt infamis:vt in concor. quæ ſunt s.
l de actore.verſic.item quod eſt infamis.& j.de ac.§.3.vbi de hoc ,
niſi in quinque caſibus. Primus,ſi ſuam,ſuorumque iniuriā pro-
ſequatur. j.verſi.in ſumma. Secundus, in l.Iul.maieſt Tertius , in
crimine ſimoniæ Quartus in crimine hæreſeos. Quintus , in cri-
mine fraudatæ annonæ,in concord.quæ ſunt ſupra.verſicu item
quod eſt mulier.& infra verſicu.in ſumm.& ſicut ei interdicitur
accuſatio,ſic & popularis actio: vt ff.de popul. act. ſi popularis.
& hoc ſiue ſint infames ipſo iure , ſiue per ſententiam. Sed quid
de his,qui ſunt infames de facto? & reſpon.non inuenio eos iure
repelli:tamen circa tria obſtat infamia facti.nam repellit à quere-
la inofficioſi teſtamenti:vt C.de inof teſt.in arenam.& l fratres
m & l.ab honorib.niſi in ſubſidiū.[m] ff.de accu. l. generaliter. § ſpu-
rios extra,de accu omnipotens.& a teſtificando, ſi ex parte alte-
ra ſint teſtes honeſti.ff.de teſtibus ob carmen.quæ eſt 4.quæſtio.
n 3.extra, de teſti.cap.pen. & fin.[n] Infamis autem non poteſt infa-
mē accuſare: vt 6.quæſt. 1.qui crimen. niſi prius eum tolerauit.
extra , de accuſat nulli.niſi ſit arenarius , qui arenarium accuſat.
C.de inoffic.teſtament.in arenam.& niſi in caſibus in quibus ſo
cius criminis non repellitur , quos prædixi.argument.contra, 2.
quæſtio.7.pagani.§.in hoc capitulo.Qui autem ſint infames , di-
22 xi plene in repertorio in titu.de pœnis.† ¶Item excipitur,quod
eſt hęreticus, vel paganus,vel Iudęus,vel ſchiſmaticus,vel fidem
ſanam ſimulat confiteri , vel conuenticula cum eis facit.4.quæſt.
1.capitul.1.& 2.quæſt.7 pagani.argumen.contra, ea quæſt.ſi hæ-
o reticus.[o] Item quod ipſe[p] recepit pecuniam ob accuſandum, vel
p non accuſandum , vt ff.de verbo.oblig.generaliter.& l.veluti.ff.
ad l.Iul.repe.l.eadem.§.1.quę eſt ad fin.quęſtionis & 1.quęſtio.j.
concuſſionis Is enim tenetur crimine concuſſionis, vt in præ.ca-
pitul.concuſſionis & falſi.ff ad l Corn.de fal.l. j. §. j. & actione in
factum ex edicto de calumniatoribus.ff.de cal. l. j. tenetur etiam
l.Rhemia.ff ad Turpi.l.j.Item quod eſt ſemel calumniatus.ff.de
accuſa.ſi cui.§.ei ſdem.3.quæſt.5.ſimiliter. & c.ſeq.Item propter
ſuſpicionem calumniæ repellitur quis, vt qui ſubornatus falſum
teſtimonium tulit,ff de accuſ.alij.3.q 5.conſanguineorum.niſi in
crimine læſæ maieſtatis,& niſi ſuam ſuorumque iniuriam proſe-
quatur , vt ſupra. Item quod ſemel ab accuſatione deſiſtit ſine a-
bolitione.ff.ad Turpi.l.2.C.qui accuſ.non poſſ.ſi ca.2 quæſt. 3.ſi
quem.§.notandum.ver.deſtitiſſe.niſi in præmiſſis duob. caſibus.
† ¶Item

## ADDITIONES.

a Mulier. ¶ Hic inchoant ad literam verba Roff.de quibus dixi ſuper rubri.
j.qui non poſ.ac.propter ſexum.
b Pupillus. ¶ Secunda rubrica,qui ratione ætatis.
c Tutoris.¶ Id eſt curatoris,ſed poſuit ut Roff.
d In prin. ¶ Scire debes,quod iſta remiſſio valet, quo ad ciuiles quæſtiones :
quo ad caſum noſtrū,non adiuuat:vnde ſciendum,verum eſſe Azo. in Sum
qui acc.non poſſ.ante medium tenuiſſe quod præmittitur , & ea ratione. &
eum ſequitur Roff.rub.proxi.alle. Accu.in l.2.ff.de accu.ponit hanc opin.&
contrariam Hugo. ſupplentis in l. qui accuſare. vbi dicit de pupillo . quod
idem de adoleſcente per præ.§.lex Iul.ſed ut dicit Roſ.opin.Azo.defendit,
ſi dicatur §.illum ponere caſum ſpecialem in adulterio,eadem cauſa,ne for
te coniuges bene uiuentes diſſocientur per iuuenem non robuſtæ ætatis, ut
ibi.& cuius ratio eſt firmum iudicium.ff.de mino.l.j.Facit C.de adul.l.quā-
uis adulterij. ſic & adulterio eſt ſpeciale, quod non trāſigitur. C.de tranſa.
l.tranſigere.Item minor 25.an. iuſtificatur in criminali ff.de teſt.in teſtimo
niū.cano.4.q.3. Sed quærit Roſ. de ratione quare minor 25.an. non admit
titur ad teſtimonium,niſi ſit maior 20.tamen admittitur ad accuſationem,
ſecundum Azo.reſpōdet in accuſatione quod minori ætati deeſt, per autho
ritatem curatoris ſuppletur. C.de autho.præ.l.clarum.ff.de acqui.poſ.l.quā
uis.Sed quando teſtificatur,ſolus deponit.C.de teſtib.l.nullam:extra eod.ti
tul.venerabili.eligit ergo legiſlator quoddam tempus medium inter pupil
larem & minorem ætatem:& ſecundum opinionem contrariam ſic reſpon-
detur,quod in teſtificando ſufficiunt 20. ann. ne rei veritas depereat:ſimile
C.de hære.quoniam.extr.de te.co.c.vlt.& quod ibi no.in fin.vlt.gl. ¶ Adde
Bar.in d.l.2.ubi dicit etiam Cyn.Petr.& omnes,&c. quod adultus admitti
tur ad accuſandum.& alleg.Specul.hic.& idem tenet Bald.in rubr.qui acc.
non poſſ.
e Excipitur, ¶ In rubr.4.Roſ.qui ratione ſacramenti.
f l.penult. ¶ & quod ibi dixit Ac.hic dicit Roff.illud iuramentum haberi per ne-
gotium,lib.de re mil..quia ſpecialiter forma l.aliqua non habetur.
g Procur. ¶ Sup.eod.§.j.
h Magiſtratus. ¶ iiij .rubric . Roffred . qui non poſſunt propter magiſtra-
tum.
i Accuſare. ¶ Et quod dicit ibi tex. tales ſine fraude in ius vocari non poſſe ,
intelligit ibi Accur. circa medium magnæ gloſſ. de fraude Rei publicæ : ibi
vide.vel ponit fraudem pro pœna:ſic enim veteres ponebant.ff.de ędi. edi.
l.cum autem.§.excipitur.& de verbor.ſignificatio. aliud eſt fraus, alibi pro
damno.C.de repu.bon.poſſ.l.2.Sed quærit Roſ.quæ erit hæc pęna? Reſpon
det quod extraordinaria,cum non inueniat certam hoc caſu ſtatutam.alleg.
ff.de effrac.& expi.l.j.
k Magiſtratus.¶ Neſcio quare ſic alleg.cum non ſit alia.
l Item. ¶ Quinta rub.qui propter delictum,vt infames.
m In ſubſidium. ¶ Quando non extat legitimus competitor.
n Et fin. ¶ Vide quod ſcripſi de teſtibus , teſtimonium . ſuper verſicul . tali
modo.
o Capitulo. ¶ Non tenet quod ibi dicitur:vt ibi not.& in c.ſeq.
p Hæreticus. ¶ Solue vt s.quod dixi.
q Quod ipſe. ¶ Hunc verſi.poſuit Roff.ſub 6.rub.de quæſtio. dicens quod cō
tra eum,qui contra duos ſubſcripſit,eſt præſumptio propter quæſtū:ſed con
tra iſtum eſt certitudo:& in certis non eſt locus coniecturis.ff.de verbo.obl.
continuus.§.ij.

23 † ¶Item contra agentem de adulterio [a] excipitur de lenocinio.
a C.de adult.ita.ff.ſol.ma.cum mulier.33.quæſt.1.cap.requiſiſti.§.
quod ſi.& hoc ſi eſt liber qui accuſatur.C.eo.quoniã.& antequã
b nomen rei ſit inter reos receptum,[b] id eſt, antequam ſit lis con-
te non poſt ff.eod.l.2 § j.& ff.ſolu.ma.cum mulier, Excipitur eti
am,quod lapſum eſt quinquennium C.de adul.in præd.l. ita. vel
ꝙ ante contractum cum ſecundo matrimonium poſt diuortiũ
inter eam & primum celebratum, non fuerat denunciata à viro
primo,apud quẽ fuerat adulterata.C.eo ſi dum in tuo. & in præ.
l.ita.& ff.eo.l.nupta.vel quod poſt 60.dies utiles nõ poteſt accu-
ſari à viro iure mariti.C.eo.iure.ext.eo.maritis.4.q.3.cap.nullus.
§.aliquando. vel etiam poſt 6. menſes vtiles iure extranei cõpu-
tãdos in nupta,ex die diuortij:in vidua ex die commiſſi criminis
vt in vtroq; poſt quinquenniũ non recipiatur accuſatio : in præ.
l.iure.& ff.eo.mariti lenocinium.§.ſex menſium.& §. quinquen-
nium & l.miles.§.adult. Alias quinquennium ſemper ſpectatur:
vt in præ.l.mariti.§. hoc quinquennium.niſi adulterium cum in-
ceſtu ſit miſtum.ff.eo. vim paſſam. §. præſcriptione. Vel niſi per
vim ſit commiſſum:vt in præ.l.mariti.in fin.In alijs criminib. 20.
ann.attenduntur:vt j.verſi.item quod lapſi.Excipitur etiam con
tra agentem de adulterio, quod deſtitit.C.eod.abſolutionem.in
fi.Vel quod negauerat ſe velle accuſare.ff.eo.l.ſi maritus.§ ſi ne-
gauerit. vel quod ipſe accuſator eſt adulter, vel turpis pſona.ff.
eo.ſi vxor §.iudex.ext.de diuor.ſignificaſti.in fi.ext.de adul.c.pe.
& fi.32.queſt 6.c.j & per totum.vel quod eam approbauit, cum
ea poſtea contrahendo:vt in præ.l.ſi vxor & ext.de iureiu.quem
admodum.in prin.vel quod adulter eſt abſolutus,cuius victoria
proficit adulteræ,& econtra,ff.eo.denunciaſſe.§.quæritur.& ſic
c de ſimilibus.& de hoc j.de adul.[c] † ¶Item excipitur [d] contra ac-
24 cuſatorem, quod eſt pauper : ut quia nõ hẽt 50.aureos in bonis
d ff.de accu.nonnulli.2 q.1.prohibetur. & c. in primis Præſumitur
e enim contra tales,quod poſſint de facili corrumpi.[e] Aliud in di-
uitibus.extrà,de ſimo.& ſi quæſtiones. Et ſcias quod 82.aurei fa-
f ciunt librã auri : vt C.lib.10.de ſuſcepto.& quotieſcũq;.[f] † ¶Itẽ
25 quod[g] eſt libertus,vel beneficiatus,vel filius,vel vaſallus,vel fa
g miliaris,vel ſeruus, qui non admittitur contra patronos, vel pa-
rentes,vel dños,vel eccleſiam,vel eos,in quorum dom.ib.ſunt nu
triti.ff.de accu.l.hi tñ oẽs.§.liberi.& C.qui ac nõ poſ.l.pe.& l.fi.
& l.iniqũ.3.q.5.c j.& c.accuſatores.& c ſimiliter.& duob.c.ſeq.
& q.11.ſi quis enim,&c.Similiter ſi liberti.12.q.2 liberti.extr.de
ſer.non ord.de famulis.extr.de poſtu.c.fi. & idem forte eſt econ
tra:niſi ibi ſpecialiter conceditur:ut in caſu, qui eſt s. verſic.item
quod eſt frater & ibi : pater etiã, &c.licet dicatur, quod patroni
filius maior 25.anno. accuſans libertum, repellatur a bonorum
poſſeſſione ꝯ tab.vt ff.de bo.lib.qui cũ maior.in princ.vel dic ut
s.tit.ꝑx.ver.itẽ ſerui.& duo.ver.ſe.& ver.itẽ ꝙ eſt filiuſf. In filiis
autẽ & libertis eſt ratio : quia patris & patroni perſona debet eis
ſancta videri ff.de obſeq & ali.pa.præſ.l.honori. Nec enim ideo
patronus liberum manumiſit, vt eum aduerſarium haberet C.de
obſequi.pat.præſt.ſi manumiſſori.In ſeruo eſt ratio:quia non ha
bet perſonam ſtandi in iudicio: imo pro mortuo habetur : ff.qui
teſt.fa.poſſ.qui teſtamento.§.ſeruus.ff.de reg.iuris.l.ſeruitutẽ.&
hoc ſiue nunc ſint domini,ſiue olim fuerint.argu. de quæſtionib.
h l.vnius.§.ſeruos.& l.etiam.C.eo.ſeruos Hi tamen omnes [h] audi-
untur,ſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequantur. C.qui acc. nõ
poſ propter inſidias.ff.ad l.Cor.de ſica.l.2.& niſi in crimine læſę
maie.C.e.l.pe.hi etiam ciuiliter nõ agunt.Et dic vt no.s. de acto-
re.ver.item quod eſt libertus.& verſi.item ſerui.Seruus ẽt agit in
quibuſdã alijs caſib.vt eo.tit.verſ.item ꝙ eſt ſeruus. Item excipi-
i tur,[i] ꝙ fuit de publico crimine damnatus.Itẽ,ꝙ de calumnia no-
tatus.Item, ꝙ fuit miſſus in arenam cum beſtiã dentata pugnãdi
cauſa. Item ꝙ artem ludicram exercuit, uel lenocinium cõmiſit
Item,ꝙ pronunciatus eſt aliquid feciſſe cauſa calumniæ, vel præ
uaricationis in publico iudicio.ff.de accuſ.qui iudicio,niſi ſuam
26 iniuriam proſequatur: vt s.† Item ꝙ accuſatus eſt de publico cri
k mine:vnde pẽdẽte accuſatione,[k] reaccuſare non põt ſuum accu
ſatorem,nec aliũ ff.de pub.iu.is qui.3.q.11.neganda.ext.de teſti.
ca.fi.4 q.j c.2 in fi.Niſi ſuã,vel ſuorum iniuriam proſequatur:qa
tunc põt quẽcunq;,& de quocũq; crimine,ſiue pari,ſiue minori
ſiue maiori,ſiue lis ſit ꝯteſtata ſiue nõ,vt inp̃ l.qui iudicio. C.qui
accu. non poſ.neganda.maxime aũt ſi iam fuerit ꝯdemnatus, po
l teſt ſuum accuſatorem accuſare:licet Azo.[l] dixerit contra: tũ qa
inimicus p̃ſumitur;tũ quia ſuſpectus eſt,ut j.dicã.Et probat ext.
de ac cũ P.tũ qa ex ꝯdẽnatione remanet infamis:ut in præ l.q iu-
m dicio.& hoc plene proſequere in lib.Roſ.[m] in ti.qui prohi.ac.p p
n ipſorum delic [n] Item quod eſt laicus,qui nõ poteſt clericum ac-
cuſare.extr.de accu.cum P.2.q.7.c.1.2.3.& 5 extra,de teſtibus.de
cætero.niſi in exceptis criminibus.ſuper quo dic, vt no.in p̃ę.c.
27 cum P.& 2 qu.7.in Summa.† ¶Item quod non eſt eius ordinis,
cuius eſt accuſatus,licet ſit clericus, vt & ille.argu.2.q.7.ipſi apo
ſtoli.& c.teſtes.& c. ſacerdo. & quaſi per totũ. Non enim poſſet
hac pœna talionis puniri : cum tamen regulariter calumniantes
ad vindictã poſcat ſimilitudo ſupplicij.2.q.8.quiſquis. C de ac.
cu.l.fi.extr.eo.licet.& c.ſuper his. unde epiſcopus accuſabat epi-
o ſcopũ,presbyter presbyterũ,& ſic de alijs.2.q.7.clericus.[o] Si eñ
epiſcopus vel presbyter deberẽt degradari qualiter acolytus vel
ſubdiaconus, & ſimiles accuſatores poſſent ſimilitudine ſuppli-
cij puniri,ſi in probatione deficerent? Certe nõ uideo.arg.tamen
contra:

## ADDITIONES.

a De adult. ¶Hoc poſui ſub 10.rub.de qua j. Sumptũ autem fuit hoc ex uerbis Azo.in Sum.de adul.ante medium.

b Receptum. ¶ Nota quia ſoluit quæſtionem, quando dicatur receptum nomen rei inter reos.& hoc placet Iaco. Bald. & Cyn. vt quod facit conteſtatio in ciuilibus,ante quam non dicitur quis agere, vel agere velle.ff. rem ra. hab.l.amplius.hoc facit etiam in criminalibus, vt per conteſtationem dicatur agere, & ſic ille dicatur deſcriptus inter reos.hoc vide per eum, C.qui accu.non poſſ.l.1.in 1.quæſtio.vbi inuenies alias opinio.ſcilicet, quod tunc receptum dicatur,cum iudex cœpit viriliter cognoſcere: alias cum fideiuſſores dati ſunt.& hæ reprobantur.quia leges non habentur, in Authenti. de tri.& ſemiſſ.§. conſideremus. Tertia, quia tunc receptum dicitur etiam ante lit.conteſtat. cum iudex ex aliqua præſumptione lite non conteſtata facit illum deſcribi inter nomina reorum.& hæc placuit Iaco.de Are. in l.is, qui reus.ff.de publ.iudic.Sed abſurdum eſſet, ſic præcludi viam exceptionibus dilatorijs.Quarta opin.diſtinguit tria tempora:primum, ante litem conteſta.ſecundum poſt,vſque ad deſcriptionem factam in libro:tertium poſt talem deſcriptionem. Sed licet fateamur deſcriptionem.illam poſt conteſtatio.ex interuallo fieri poſſe:tamen nihilominus conteſtatio operatur, quod ſupra maxime, cum de conſuetudine deſcriptio illa non fiat. ¶ Adde Bart. in d.l.is qui reus,vbi dicit, quod tunc dicitur nomen rei receptũ inter reos quando iudex reiectis exceptionibus dilatoriis, appoſitis accuſatis pronunciat procedendum.de quo vide Bald.in l.1.& in l.ſi neganda.C.qui acc.non poſ.& in l.quamuis.ſi pen.app.Bart.in l.2.& ibi Ful.C.vt nemo priua. Bal. in l.cum mulier.ff.ſol.matri.

c De adul. ¶ Et vide quod dixi s.eo.tit.poſt prin.

d Excipitur. ¶ viij.rub Roff.qui propter paupertatem.

e Corrumpi. ¶ Ergo vbi talis ceſſat præſumptio, admittuntur: vt dicit Roſ. & vide j.de teſte.§.j.ver.item quod eſt pauper.cum ſua remiſſ.

f Quotieſcunque. ¶ Et not.de in ius voc.l.fi.& C.de ſer.fu.l.quicunque.

g Quod. ¶ ix.rub.Roff.qui ratione reuerentiæ,&c.

h Tamen omnes. ¶ Seruis exceptis.Roff.

i Excipitur. ¶ Hæc eſt 10.rub.Roff.qui propter ipſorum delicta,&c.

k Accuſatione. ¶ Illa enim finita per abſolutionem, accuſat quemcunque: vt in d.l.is,qui.ſi per condemnationem,diſtinguitur ut ibi, & infra dicam.

l Licet Azo. ¶ In Summa, qui accuſar.non poſſ.in fine. & id placet Roffred.

m Lib.Roſ. ¶ Supple iure canonico, vt dixi in princip.huius titu. per hanc remiſsionem exonerauit ſe auctor à multo labore. ſed hodie vide plenius per Cyn.ſuper l.1.C.qui accu.non poſſ.& l.neganda.eod.titu.Ego etiam hac remiſsione me releuare diſpoſui poſt omnia ſcripta viſa: & potiſsime vide diſtinctionem,quam poſui ſuper prædicta l.1.Cuius principalia membra circa recuſare volentem,diſtinguunt tria tempora.Primum ſcilicet, antequã accuſati nomen ſit receptum inter nomina reorum. Secundum, poſtquam receptum fuit, & ante ſententiam. Primo tempore,aut accuſat de maiori eo,quod fuit accuſatus:& id poteſt.vt in præd.l.j.can.3.q.11.prius. Aut de minori, uel pari : & tunc ſi illud eſt præiudiciale primo crimini auditur, & præfertur: & ſic legebat Azo. præd.l. 1. vt patet in Summ. qui accuſa.non poſſ.in fin.& exemplum eius de hoc recitat ibi Accurſ.in 4.gloſſ. & hoc ibi placebat domi.meo.Si non eſt præiudiciale, vel ſtrangulatorium primi, ut verbis do.mei vtar,ſi vult ſolum libellum porrigere,poteſt : ut in d.l.negãda.Si vult ſuper libello procedere,poteſt proſequendo ſuam iniuriam,alias non : ut ibi. Secundo tempore,ſi uult ſolum libellum dare,id poteſt antequam ſit liquidum & concluſum,poſtea non:ut in d.l.negãda.ad finem can. vbi ſupra.Si vero uult in libello procedere vna opinio habet quod poteſt, ſi proſequitur ſuam iniuriam:alias non.Alia opinio,quæ multis placet, habet, quod nullo modo illo tempore proſequi poſsit quodcunque ſit crimen & interſit vel non.Inducunt præ.l.is qui reus.ff.de pub. iu. Tertio tempore ſi ſententia eſt abſolutoria,certum eſt quod poteſt.Si condemnatoria,& talis eſt,quæ non infamat, idem : quia poteſt.quia non prohibitum eſt,niſi infamet: & ſi vult vti antiqua accuſatione, quam ante ſententiam intentauit; poteſt:alias oblatio vel propoſitio fuiſſet inutilis.Si uero uult nouam actionem proponere,non poteſt, ſi condemnatoria illa abſtulit libertatem uel ciuitatem : ut quia deportatus uel damnatus in metallum : ſi non abſtulit, & proſequitur ſuam uel ſuorum iniuriam,poteſt.Si non proſequitur talem iniuriam, alium quam accuſatorem ſuum accuſare non poterit. ff. de pub. iu. l. infamem. ſed accuſatorem poterit : & ignoſcitur ei, qui uindicare ſe uult. Nec obſtat ſibi quod calumnioſus fuit in defendendo, quia calumnia eſt proprie in agente,ut not.in d.l.is qui.& in præ.l.1.i[illegible] cit Azo.in fine.Sum.ſuperius allegatæ,potuit iniuſte [illegible] pra uult, quod etiam perdens libertatem uel ciuitate[illegible] choatam proſequi poſsit contra accuſatorem.& ſic in[illegible] fert tamen aliquos tenere, quod contra accuſatorem [illegible] ſit,quod ſibi non placet. ¶ Adde, plene ut per Barto. i[illegible] iu.ſed conſ 93.ubi ponit de clerico,qui accuſauit laicu[illegible] teſtata accuſauit clericum coram epiſcopo,quod ipſu[illegible] uerit an ualida fuerit accuſatio.

n Delic. ¶ 11.rub.Roſ.cum uer.ſeq.

o Clericus. ¶ Vt ibi not. illud capitul.non tenet : uel [illegible] lari.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

contra: quia poterunt verberari in pœnæ ſupplementum. 5.q.6.
a quia iuxta.[a] & extr.de cal c.1. Ibi enim ſubdiaconus accuſauit dia
conum. Et ad idem facit 2. q. 7. lator. vbi clericus accuſat epiſco-
b pum.& c.præſumunt.quibus ſtandum eſt.[b] Vel dic vt ĵ.de adul.
verſi.ſed quæritur.Item quod eſt talis, qui non poteſt teſtis eſſe,
vel ad ordines promoueri: vnde non poteſt accuſare, 14.q.1.ſu-
per prudentia.2.q.7.ipſi, & c.teſtes quod dic ut ibi, & 15.q.3.ſa-
ne.Item ſecundum canones excipitur, quod ipſe ſecundum leges
repellitur.omnis enim, qui ſecundum leges repellitur, & ſecun-
dum canones repellitur.3.q.5.canonica.& duobus c. ſeq. Item ꝙ
alias ei crimen probatum eſt, propter quod fuit à teſtimonio re-
pulſus,licet non ſit infamis.extr.de ord.co.c.2 in fi.& de elec. ſu-
per eo.2.q.i.prohibentur.ver.propter ſuſpicionem.extr. de teſti.
c teſtimonium & no in præ.c.j.Item,quod[c] cum inimico cohabi-
tat,vel de eius domo prodit.extr.de accuſ.c.repellantur.& 3.q.5.
c.3.& c.accuſatores vel teſtes.quare præſumit inimicus 4.q.1.te-
ſtes.C.de inof.teſt.liberti.93.diſt.ſi inimicus.extr.de off.dele.inſi
28 nuante†¶Item,quod eſt inimicus.3.q.5.c.2.3.& 4.& capitu. om-
nes.extr.de accu.c cum oporteat.& c.cum P.& ca qualiter.2. vel
fuit olim,licet nunc non ſit.3.q.5.c.1.6.q.1.qui crimen. Repellit
etiam inimicus ab excipiendo:vt extr.de accu.c.meminimus. Idē
puto in conſpiratore:ſecus autem de alijs.nam is, qui accuſat de
publico crimine,eſt inimicus.ff.de verb ſigni.licet capitalis.ff. de
his,qui.vt indig.ſi inimicitia.ff.de iure pa. cum patronum. in Au-
then.collat.4.de teſtibus.§.ſi vero.2.q.7.ſi quis epiſcopus 6. q. 1.
ſi omnia.ergo ex eo,quod accuſat, videtur poſſe repelli.arg.3.q.
d 4.clericus.Reſpon.[d] præmiſſa iura loquuntur, cum prius accuſa-
uit,ſed in probatione defecit: & iudex ei parcere poterit, qui eū
de calumnia non condemnauit.2.quę.3.ſi quem.§.nondum.ff.ad
Turpil.l.1.vel forte impetrauit abolitionem.C.de abo.l.2. Vnde
ſi nunc velit accuſare, præſumitur inimicus ex præcedenti facto:
extra,de accuſa meminimus.ſecus ſi de nouo velit accuſare: alio
29 quin nullus admitteretur,cum omnes dicerētur inimici.†¶Sed
quæ inimicitiæ repelluntur? Dominus meus dicit hoc arbitrariū
eſſe:quia etiam in fraudem poſſet hoc aſſerere.extra, de accuſ.in-
quiſitionis,& de ſimo.per tuas.Item,quod eſt ſuſpectus, vel faci-
le litigans,vel malæ conuerſationis, vel vitæ accuſabilis, vel non
rectæ fidei:vel quod non rectam docet fidem,vt ea.q. ſuſpectos.
& c.cano.& c.ſimiliter.& duobus c.ſe.& 2.q.7.quærendum.Itē,
quod eius, vita & fides libera eſſe neſcitur, quod mortuus eſt in
peccato mortali:vt in præ.c canon.& q.4.hi qui in fi.& 2.q.7.quę
30 rendum & c.placuit.†Itē,quod eſt alienigena.[e] 3.q.5 accuſatio-
e nes.& c.accuſatores.& c.can.Itē,quod eſt homicida, maleficus,
fur,ſacrilegus,raptor,adulter,inceſtuoſus,veneficus, ſuſpectus,
crimīnoſus,& domeſticus, periurus, raptor virginum, ꝙ falſum
teſtimonium tulit,vel ad diuinos & ſortilegos iuit, & ſimiles ea.
f q.conſtituimus.2 q 8.quiſquis Itē quod eſt gratioſus,[f] id eſt, li-
benter flectitur ad gratiam,vel ſceleratus ea.q.ſimiliter.& c. ſeq.
Nam in cauſa criminali pro quolibet crimine quis repellitur: ut
ibi,& 3.q.4.ſi quis à ſuo.& c.ſe 2.queſt.7.qui ſine. & poſtulatus &
infamis §.tria.in fi.ext.de exceptio.à nobis.Item, quod conuiciis
vel inſidijs ſtudet.3.q.5.nullus.& ca.omnes.& q.4.clericus. Item
quod eſt inceſtuoſus,uel non legitime coniunctus,qui ſacerdotē
uel legitime coniunctum non poteſt accuſare.3.quæſt.4. conſan-
guineorum.Item,quod eſt cōſpirator vel detractor.ea q.conſpi
ratores.& c.detractores.extr.de ac.cap.dilectus.2 Item,quod eſt
anathematizatus,vel excommunicatus ea.q nullus.& c.ſeq.4.q.
j.c j.& 2.extr.de excep.exceptionem.& in præd.c.cum dilectus.
31 Item,quod eſt ſacrilegus,ea.q.c.pe.†¶Item,quod non eſt bonæ
æſtimationis,vel opinionis,vel quod mala fide vel intētione, vel
temere accuſat:vel quod eſt malæ uitæ,uel conſcientiæ, uel mali
meriti,vel non pro Deo,ſed pro uana gloria,vel odio,uel cupidi
tate accuſat,2.q.7.ſi qui ſunt.& ca.ſeq.& c.clericos. Item, quod
eſt publicè concubinarius.extr.de ac.c.cum dilectus.Item, quod
odit quemcunq; 3.quæſt.5.omnes.in fin.Item, quod eſt hiſtrio.
4 quæſt.1.c.1.Item quod eſt abſens,qui non poteſt accuſare prę-
ſentem,vel econtra.C.de acc.& inſcrip.abſentem.2.q.vlti c.j. &
c.per ſcripturam.& q.1.in primis.ver.quia igitur.3 q.9.abſens. &
c.ſe.ext.qui ma ac.poſſ à nobis.Item, ꝙ non poteſt vnum ꝓ vno
delicto pluribus legibus accuſare.ff.de accu.l.ſenatus.ubi de hoc
de quo dic in ciuilibus.ut ŝ.in titul.de actore.Item, ꝙ non dat li-
bellū accuſationis 2 q.vlt.c.j.& d.c.per ſcripturā.§.libellorū Itē,
quod eſt de illis perſonis. quæ prohibētur à publica accuſatione
& populari actione:vt ff.de popul.actio.populares.& l. mulierē.
ff.de acc.& l.4.§.in quæſtionibus.& C qui accu non poſſ.l.1.& l.
de crimine.& l.ſena & l.pen.& fi.15.queſt.3.nemini.quæ tñ exce-
ptio locum non hēt in crimine excepto.C.ad l.Iul.maieſt.nullus.
extr.de ſim.licet Hely.Item excipitur contra accuſatorem,neſci-
uiſſe prohibitum id,de quo me accuſat.vnde non teneor reſpon-
32 dere.ext.de conſt.cognoſcentes.& c.ex parte.& c.fi.†¶Item qđ
g eſt[g] tutor,vel curator,vel ꝓcurator: & generaliter contra quēli-
bet alieno nomine accuſare volentem.ff.de pub.iudic.l.pen.§.ad
crimen.C.qui accu.non poſſ.l.2.extra,de accu c.ſuper his in fin.
& de procu.tuæ.Contra tamen fallit in illuſtribus perſonis,quod
conſtituunt procuratorem in act.iniuriarum.C.de proc.l.pen &
in Authen.quod ius.¶Item,quod lapſi ſunt 20.ann.a die commiſ
ſi criminis.C.de fal.querelam.in fin.extra,de excep.cum venera-
bilis.prope fin.niſi in crimine ſuppoſiti partus, cui nullo tempo-
re preſcribitur.ff.ad l.Corn.de fal.l qui falſam extr.de pœn.& re.
h officij.multo fortius ſecundum quoſdam[h] in ea,quæ partum abe
git,ne mariti inimico partum procreet.ff.de pœn.Cicero & arg.
2.quæſt.5.conſuluiſti.32 quæſt.2.ſolet.& tribus ca. ſequentibus.
33 & extr.de homi.ſi aliquis.†¶Item quod reus mortuus eſt, unde
crimen extinctum eſt.C.ſi reus vel accu. mor. fue. per totum.23.
diſtinct quorundam.extra,qui fi.ſint legi.peruenit.& capit. cau-
ſam.2.Sed hoc fallit in crimine Hæreſeos.C.de hæreti.l.4.& 24.
i quæſt 2.ſane profertur.& capitu.1.§.fin[i] & apoſtaſiæ. C.de apo-
k ſta.apoſtatarum.& læſæ maieſtatis.& repetundarum,[k] & cum
quis diuidit ciuitatem in duo.ff.de ac l.ex iudiciorum.6 q.1.ſunt
plures § uerum.C.ad l.Iu.ma.quiſquis.& l.meminiſſe. & pecula
l tus:[l] vt ff.ad l.Iul pec.l.fin.& ubi quis in crimine notorio deceſſit.
88.diſtinct.neque.22.q.5. placuit. Vel ſi hæreticos heredes inſti-
tuit.extr.de hæreticis,ſi quis epiſcopus.vel ſi ſibi mortem conſci-
uit,quod intellige prout habetur ff.de bon.eorum,qui mort.ſibi
conſ.l.3.C.ſi reus uel acc.mor.fu.defunctis.in caſu. C. libr. 12. de
34 primipilo.l.j.†¶Item, quod non recte libellum concepit, uel ꝙ
non inſcripſit.2.q.ult.§.per ſcripturā.§.libellorum. C. qui ac.nō
poſ.qui crimē.ext.de ac.c.ſuper his.ff.de priua.delic.l.fi. Hoc ta-
men fallit,ſi accuſator ſit priuilegiatus,ut fęmina in quibuſdam,
& maritus pater,& patronus, quos non eſt ueriſimile calumnia-
ri:unde nō inſcribēt.C.qui acc.non poſ.de crimine & de adult. l.
quamuis.ff.de iniur.l.iuſiurandum.§ hoc iuſiurandum. ff. qui ſa-
tiſd.cog.de die.§.iubentur. Fallit etiam, cum uir accuſat uxorem
iure mariti de adulterio,ſecundum quoſdam.C.de adul.iure ma
m riti Sed hoc non placet,per Decr.de proc.tuę.[m] Fallit etiam in a-
n lijs caſibus,qui nō in præ.c.ſuper his.[n] & 4 c.nullus.§.aliquando,
ĵ.de libel.conce.§ nunc dicendum.ver.13.& 29. vſque ad uerſic.
35.Hodie tamen de conſuetudine multarum regionum,non fiūt
inſcriptiones,quæ tolerantur per l.ff.de pub iu.ordo.& ff. de pę-
o nis.hodie.[o] Item,ſi fuit teſtis in alia cauſa contra ipſum accuſatū,
35 extrà,de accu.capit cum P.& cap.meminimus.†¶Item, ꝙ frater
p eius accuſatum prius accuſauerit.ext.de accu.cum P.Sed pone,[p]
quod obijciens infamiam,uel turpem exceptionem, eam non ꝓ
bat:nunquid poteſt iniuriarū conueniri? Videtur quod nō: quia
iuris executio non habet iniuriam.ff.de iniu.iniuriarum §.1. ff. de
reg.iur.l.factum.§ non videtur.ext.de elect. cum eccleſia Vulte-
rana.Nam & patroni filius à liberto delatus non punit:nec con-
tra tabu-

## ADDITIONES.

a Iuxta. ¶ Per quod c.patet,quod priuatur ēt ſpe illius ordinis,quē non hēt.
b Standum eſt. ¶ Dicit Roff.quod alias pauci eſſent accuſatores, qa coruus
coruo non extrahit oculum.
c Item,quod. ¶ 12.rub.Rof.repelluntur inimici, &c.& durat vſque ad verſic.
item quod eſt hiſtrio.
d Reſpondeo. ¶ Secundum Roff. vbi ŝ.
e Alienigena. ¶ Sup.& ignotus, vt no.in c.canonica.vbi vide.
f Gratioſus. ¶ Dicit Roff.multum.
g Quod eſt. ¶ Verſic.cum tribus ſequentibus fuit Vber.de Bon.titu.3. circa
medium.
h Quoſdam. ¶ Vber.de Bon.& lex alle.ponit duos caſus,quando mulier præ
gnans corrupta à ſubſtituto,abiecit partum malis medicamentis, vel quan
do id abiecit vi propter odium mariti à quo prægnans diuerterat.
i §.fin. ¶ Et ibi de hoc in ſumma.
k Repetundarum. ¶ Quod eſt, cum conſtitutus in publico officio pecunia
data, vel promiſſa facit quod facere non debet, vel omittit ꝙ debet facere.
l Peculatus. ¶ Quod eſt furtum in pecunia publica fiſci, vel ciuitatis Rom.
intercepta,vel machinata in pecunia aliarum ciuitatum.not.ff.de furt.l.ob
pecuniam.
m Tuæ. ¶ De hoc ĵ.de adul.poſt prin.
n His. ¶ In gl.2.& vide quod ſuper ea dixi.
o Hodie. ¶ Dicebat Vber. prædictus, quod in Lombardia non fit inſcriptio
nec libelli accuſatorij porriguntur:ſed ſcribitur per tabellionem dictū vul-
nerantis & vulnerati coram iudice: & ſcriptura habet uim libelli, & cogi-
tur accuſatus ſe defendere. Quam conſuetudinem dicebat nimium damno
ſam aduocatis.hodie euanuit illa conſuetudo:propter quod auctor illa ver
ba non poſuit.hæc tamen modo conſuetudo durat in Italia, quod licet in-
ter laicos dentur libelli accuſatorij: non tamen fit inſcriptio vel obligatio
ad pœnam talionis De hoc etiam ĵ.de lib.concep.§.fin.in princi. Hanc au-
tem conſuetudinem improbat Aegid.dicens,ꝙ per illam inuitantur homi-
nes ad calumniandum, & ad grauandos reos: maxime in illis locis quibus
de certis grauibus criminibus accuſati per menſem carcerati tenētur. Gui.
de Suz.in l.qui crimen.qui acc.non poſſ.commendat illam: quia timore ta-
lionis remanebant crimina impunita: quia in vera accuſatione poſſet agēs
facile in probatione deficere:ut quia non plene probat,uel ꝓpter repulſam
teſtium, vel propter imperitiam aduocati, per quam nolunt ſe homines
ſubmittere periculo talionis:expenſarum autem & carceris & cuſtodiū po-
terit fieri refuſio.
p Pone. ¶ Iſte verſi.totus ad literam fuit Vber.de Bon.tit.3.poſt prin.

tra tabulas repellitur, ſi retorſerit crimina in libertum, dũ uoluit
ſe vlciſci.ff.de bon.lib.qui cum maior.§.ſi libertis. & §. idem pu-
to. Præterea cum aduerſus parentes & patronos propter reueren
tiam eorum doli, vel alia turpis exceptio à filio, uel liberto non
proponatur: ergo contra alios impune proponi poteſt, alioquin
non eſſet in eis ſpeciale.ff de doli excepti.apud Celſum.§. aduer-
ſus.C.de theſauris l.unica.lib.10.Contra, quia fideiuſſori recuſa-
to competit iniuriarum actio contra recuſantem.ff.qui ſa.cog.ſi
36 uero pro.† ¶ Et recuſatio quaſi exceptio eſt. Præterea, ſi tenetur
iniuriarum is, qui alium dicit delatorem, uel ſeruum: ut C.de iniu
l.3.& l.ſi quidem multo fortius, qui coram iudice excipiendo di
cit. Puto tamen, quod pater uel patronus habet actionẽ iniuria-
rum: ſi contra eos filius uel libertus obijciant exceptionem arg.
a ff.de aqua quo.& æſti.l.1.& pe.in fi.[a] Inſti.de iniu §.pe.in fin.Quæ
autem opponi poſſunt contra accuſatorem matrimonij, uide j.
b qui ma.acc.poſ Diximus[b] ſ.de his qui accuſ.non poſſ. criminali-
c ter.Sunt etiam quidam: qui non poſſunt deferre,[c] ſcilicet mulier
clariſſimus uir, damnatus de hereſi, fuſtibus cæſus, damnatus in
metallum, ueteranus miles, ſeruus, & quidam alij, qui numeran-
ff.de iu.fiſci.l.deferre.C.de his qui ſe deferunt.l.uni.li.10.de dela-
d to.[d] per totum.† ¶ In ſumma[e] nota, quod præmiſſæ perſonæ quę
37 quæ in certis caſibus repelluntur, admittuntur, ſi ſuam uel ſuo-
e rum iniuriam proſequantur ff.de ac.l.hi tamen omnes.4.quęſt.3.
f omnibus.2.q.1.prohibentur.ext.de teſti.de cætero.[f] quod quan-
do fiat, dicam j.de accuſ.§.3.& in criminibus exceptis, quæ ſunt
hæc, ſcilicet crimen læſę maieſtatis 6.q.1.ſi quis cum militibus.ex-
tra, de hæret.uergentis .extr.de ſimo.licet Hely, uer.aliis.Inſtitut.
de pub.iu.§.2.& ſ.uerſi.item, quod eſt mulier.ubi de hoc.¶ Secũ-
do, crimen perduellionis: quod eſt ſub crimine læſæ maieſtatis,
uel forte idem.ff.ad l Iul.ma. l.fin & illud committitur in princi-
pem, uel in aliquem de eius latere: ut in præd1.l, quiſquis. Vel dic
g ut not.Inſtitu.de her.quæ ab inteſt. defer.§ interdum[g] ¶ Tertio
crimen hæreſeos: ut in prę.capit.uergentis.& C.eod Manichæos.
¶ Quarto, ſimoniæ quod eſt maius.1.q.ult patet & in prę c.licet.
& eo.titu.tanta 15 q.3.ſane.C de epiſ.& cleri.ſi quenquam. uerſ.
cum ſane.¶ Quinto, ſacrilegij. C. eod. ſi quis in hoc 17.quæſtio.
4.c.ſi quis ſuadente.§ qui autem.2.q.1.in primis.uerſic de perſo-
na Ianuarii, &c.¶ Sexto: ſecundum quoſdam fraudati cenſus, qđ
committit, qui furatur pecuniam ſibi commendatã.¶ Septimo,
fraudatę annonæ, ſecundum, quod committitur, cum portitores
furãtur uictualia ad exercitium a Republica miſſa, ar.2.q.j.prohi-
bentur.uer mulierem.ut ibi not.& ſ.uerſi.item quod eſt mulier.
¶ Octauo, dilapidationis: ut ĩ p̃dicto c.licet.uer aliis.3.q.2 qa ea.
& 12.q.2.non liceat.ext.de rebus ecc non al.ſi quis presbyterorũ.
C.ubi de cri.agi opor.l 2.& 2.q.7 quapropter.ſed nec in præmiſ-
ſis caſibus capitales inimici admittuntur; ut ext.de ſimo. per tuas.
& c.licet.& 3.q.5.c.j.Quæ autem hic deſunt, uide j.de accuſa.§.3.

ADDITIONES.

a In fin. ¶ Credebam quod hic eſſet aliquis defectus: reuoluto tamen Vber. prædicto, quem habeo duplicatum, inueni ſic eſſe: ſed multum fuit ſubtilis & congrua iſta, ſolutio. Dic mihi, quid reportas ex illa? fortificatur pars prima? quia cum iniuria iudicetur ex animo, excipiens qui intendit agentem repellere, ſolum habet animum ad ſe defendendum: & vt condemnationem euadat, non vt puniatur agens: quia virtus exceptionis id non habet, extra, de ordi.cogni.capit.2.ff.de infa.l. Lucius.& ſic defendit eum cauſa dicendi: licet non probet. bene facit ff. de iniur. item apud. §. ſi quis aſtrologus. vbi ponderatur cauſa dicendi ab excluſione iniuriæ, & excuſationis, quia non nocendi, ſed ſibi proficiendi animo fecit; quod nocuit.ff.de aqua plu. arcen. l.1.§. denique. & ſi etiam dubium eſſet de animo, præſumendum eſſet pro ipſo, ſicut de illo, qui amouit rem communem.dicit l.merito. ff. pro ſocio, & per l.item apud.§ ſi communem. Ad hanc partem bene facit ff. de iure fiſc.l. 2.in princip.& l.fiſcus.& l.deferre.§ ſed communem.& l.delator.& C.de delato.l.nulla.& quod ibi not.lib.10.vtile tamen eſt conſilium, quod proteſtetur, ſe id non facere animo iniuriandi. Ad ſecundam partem faciunt leges hic allegatæ.C.de iniur ſi non es.& l ſi quidem. C.de li.cauſa.ſi tibi. 2. & iura puniunt etiam excipientem, non probantem.de accuſ.ſuper his. de elect. vt circa.libr.6.Et crimina licet quandoque non infament de iure, infamant de facto.extra, de teſt.teſtimonium.C.de poſtu.quiſquis.& in præd.§.aduerſus.Ad contraria reſpondetur illa procedere, ſi probaſſem: ſed ex defectu p̃bationis inſurgit præſumptio calumnię, quæ præſumptio cum qualitate uerborum contumelioſa fuerit, vincit præſumptionem, quam faciebat pro excipiente quod dictum fuit ſpeciale in parente & patrono, ſic ſpeciale in vero conuitio, in falſo vero vel calumnioſo nil ſpeciale: & licet canon dicat 2. q.3.ſi quis iratus. ꝙ obiectus conuitij non habetur pro accuſatione, tamen habetur pro iniuria, ut ibi not. Ad l.deferre.ſuperius allegatam, difficilis eſt reſponſio, cum aperte loquatur in non probante. per quod forſan congrue diſtingueretur is, qui non fuit pertinax in probando.vel quem apparet deceptum promiſſione teſtium.2.q.3. paulum. vel impedita fuit probatio per actorem.extra, de teſti conſtitutis.1.de teſti.cog.peruenit.1.Si vero fuit pertinax, & quia falſum erat, non potuit probare, conueniri poſſet. facit quod ſcripſi de ſo compe.ſi diligenti.ſuper glo.nunquid. Adde plenius de hac additio[ne] per Old.conſi.53.inci.conſueuit dubitari.& Pet.de Anch.conſi.326. in ſtoli.& per primo.& Roma.conſilio.96.

b Diximus. ¶ Verba Vberti ubi ſ.

c Deferre alios. ¶ Nam ſe ipſos poſſunt: ut in rub. hic allegata ſecundo. Sunt autem delatores, qui deferunt bona ſpectantia ad fiſcum, qui præmiantur à fiſco.

d Delator. ¶ Vbi de hoc ſuper rub.

e In Summa. ¶ 13.Roff.quibus caſibus prædicti accuſare poſſunt.

f De cætero. ¶ Et ibi dixi de hoc.

g Interdum. ¶ Alias incipit, per contrarium. & ibi not. quare dicitur perduellio.

ADDITIONES NOVAE.

* Quid ſi aliquis me accuſauit quod eum percuſsi ſuper facie, & probauit ꝙ percuſsi ſuper brachio, an condemnabor? Guihel.in l.prima. §. item exigit ff.de dolo.

* Nota, quod hodie l.is qui cum telo. C.de ſicar.non habet locum in pœnis ſtatutorum, quia ſtatuta diſponunt de actu ſecundum effectum, non ſecundum affectum. Adde quod nota.in l.fideiuſſorem.de fideiuſſor.per Barto.& dom. Bald.in l.ſi quis non dicam. C.de epiſco.& cleric.& in l.ſi fugitiui. C.de ſeruis fugiti.

* An mandans & faciens poſsint eodem libello accuſari? Bart in l.ſi talis ſeruus. in fi.de falſ.

* An producens falſos teſtes & ipſi teſtes poſsint eodem libello accuſari? not. in l.ſi plures ſerui.de iniurijs.per Nicola.de Neapol.

* Statuto cauetur quod querelæ & accuſationes bannitorum non debeant audiri pendente accuſatione: accuſator fuit bannitus, an poterit ſuper accuſatione iam incepta procedere? Bar.in l. Vranius.de fideiuſſor.

* Statuto cauetur quod nullus poſsit accuſare de alterius iniuria niſi conſentiente eo cui facta eſt; contingit quod quidam adultus fuit vulneratus, aliqs accuſauit vulnerantem conſentiente eo adulto opponitur ei quod hoc facere non poſsit, quia ipſe adultus abſque auctoritate curatoris accuſare non poſſet: an audiri debeat talis accuſans? iudicatum fuit Boñ. ꝙ audiatur, argumen.l.ſi pater.§.fin.de manumiſ.vindi.& C.de pactis, l.final.ibi, niſi ipſe de cuius hæredi. & c. fa. ad hoc.l. ſi pater. cum gloſſ. de his qui a non domi. manumi.

* An ſi perſona prohibita accuſare accuſauit, talis accuſatio ſit ipſo iure nulla? & ſi non excipiatur, vel ſit opus exceptionem proponere Bar, in l.j §.accuſationem.ad Turpill.

* In l.2.ff.de aleatorib.in gl.ibi, ſecundum eas cauſas, &c.gl.tenet expreſſe ꝙ licet ex forma ſtatuti bannitus non debeat audiri, tamen ſi ante bannum accuſauit, poteſt proſequi & finire accuſationem. pro hoc eſt tex.in l.de fundis allegatus in gl.& Bar.in l.is qui reus, de publi.iud.& l. Vranius.§. ſi vero. de fideiuſſori. Ang.de peruſio.

* Nunquid ſi ſunt plures teſtes falſi in eadem cauſa, poſſunt eodem libello accuſari? not.in l.ſed ſi plures ſerui.de iniuriis.per Nicolaum de Neapoli.

¶ Bald. De Accuſatore.

OMNIS accuſator præſumitur legitimus, niſi contrarium probetur, in prin.titu.G. ¶ Poteſt quis accuſare plures, & ſimul, & eodem libell. & de eodem, vel communi delicto.non de diuerſis: quia requiruntur plures cauſæ de factis non contiguis. Poteſt tamen, ſi eodem tempore plura delicta ſunt commiſſa, fieri accumulatio.ff.de iniu.prætor.§.ſi mihi. C.de accuſ. l. ſi quis homicidij. & hoc quia propter identitatem temporis unus impetus fuiſſe uidetur.ff.ad l.Aqui.l.illud in fi. Sed an ille, qui accuſatur de mandato, uideatur accuſare & de eodem facto? Dic ꝙ ſic, ut not. C. ſi reus uel accuſator.l.1. Item ſi accuſat de conſilio, uel fauore: quia factum principale initium [illegible]tionis præbet: ſecus ſi conſilium eſt per ſe obligatorium, nec deſiderat aliud factum poſt ſe: quia tunc per ſe decernitur, & interpretatur. ut l.1.§.perſuadere.de ſeruo cor. Nec diſtinguendum eſt, an conſultus erat alias facturus: quia ipſum ꝯſiliũ per ſeipſum tunc incidit in ſpeciem criminis: ut ibi not. bal. ¶ Sed quid ſi offenſus accuſat principalem coram poteſtate, & auxiliatorem coram alio, an poteſt auxiliator petere ſe remitti ad eundem iudicem? Dicunt quidam, quod ſic.ff. de quibus re. ad eundem iud. ea.l.1.facit quod not. Inno ext.de conſtitu.in c.cum M.ego neſcio legem, ꝙ in criminali fiat iſta remiſsio. Bald.uide infra, de libel.concep.§. actor. ¶ Filius interfecti præfertur cuilibet accuſanti: ſed non frater, ſicut pręuentus. uerſicul.quid ſi quis. G. Si mora poteſt imputari fratri, non præfertur iuſto accuſatori præuenienti fratrem: alias præfertur, niſi ſit uilis perſona: quia iuſtiorem dolorem proſequitur.ff.de adult.l.2. in fin. Confeſsionem autem nemo aufert, ſecundum G. ¶ Pax facta de uulnere, quod tunc mortiferum uidebatur, extenditur ad mortem: quia ſecuris ponitur ad radicem facti, & ſic poteſt fieri pax de morte ante mortem.l.diuus.ff.ad Syl.quod eſt not.dignũ, & facit ff de ꝯfeſ.l.ſi is qui Stichum. Si aũt uulnus non erat mortale, p̃ſumitur infirmus ex negligentia mortuus.ff.ad l.Aquil.l.qui occidit, uer.ſed ne, A.G. ¶ Abſolutus de uulnere non poteſt iterum accuſari de homicidio ratione eiuſdem uulneris: quia unicum factum eſt, uerſicu.quid ſi uulneraſti. per G.& quia mors retrotrahitur.l.huic ſcripturæ, §.j.ff.ad l.Aquil.ergo obſtat exceptio rei iudicatæ.ff.de excep.rei iudic.l.ſi mater.§.eãd.Bal. ¶ Condemnatus de uulnere non poteſt iterum condemnari de morte ex eodem uulnere, ibidem G. Hoc non uidetur uerum: quia primo non erat bene actum, quod ex poſtfacto apparuit, & ideo prima ſententia [illegible]
in ſecunda condemnatione computari, ſi hoc fieri po[illegible]
ff. ad l, Aquiliam. l. ſed ſi priore. Sed ſi occaſione u[illegible]
cutio, talis executio reuocari non poteſt: ut puta, amp[illegible]
poteſt de nouo puniri: ne abſurdum ſequatur & inh[illegible]
eſt toleranda pœnæ minoritas, quam aſperitas. [illegible]
ſione mutatur titulus criminis, ſcilicet uulneris, in [illegible]
ſi non mutat̃ titulus criminis, ſed additur qualitas [illegible]
tione additæ qualitatis poteſt iterato accuſari? Dic ꝙ [illegible]
ctis.§.ſi detracta. Sed quid ſi primo fuit ꝯdemnatus? E[illegible]

poteſt quis accuſari ſemel, niſi ſit in prima conolufum. ff. de accuſat. l. ſenatus. & de furt. l. inficiando. §. infans. Item ratione abſolutionis non à crimine, ſed ab omni eius pœna, quæ in ſolutione conſiſtit. Nam ſi à crimine, ergo non repetetur vt indebitum, quod eſt ridiculum: & poteſt iudex eum declarare abſolutum per ſolutionem. ff. de except. rei iudic. l. ſi quis cum totum. §. plane. ff. ſi ſeru. ven. l harum. Item in actionibus ad vindictam, vna tollit aliam: ſed in qua plus eſt. ff. de iniur. l. prætor edixit. §. ſi dicatur. & ita coaſuluit Iacob. Butri. Alias facile erit fingere qualitatem, & iterato reum inuoluere in alio iudicio nouo, quod ſatis inconueniens videtur, niſi probaretur colluſio. ff. de præuaricat. l. 3. In cōtrarium facit: quia non eſt actum integraliter à principio: ergo poteſt ſuppleri, quod deeſt: vt not. ff. nau. cau. ſta. l. 3. verſicu. nouiſsime. & Inſtitut. ſi qua. pau. fe. dica. ad fin. argument. ad hoc C. de ſpor. l. 2. quod not. Ber. extra, de iudic. capitul. at ſi clerici. Hoc tenet Bartol. in d. l. ſenatus. & ita conſuluit collegium Peruſinum Aſsiſij: licet multi eſſent in cōtraria opinione: quia §. ſi detracta. permittit addi nouam qualitatem pendente iudicio, non eo finito. vnde videtur ibi caſus ſecūdum Iac. cum idem factum ſubſtantialiter & eſſentialiter repetatur, in quo iam colluſum eſt, ſecus ſi nouus accuſator ſuum dolorem proſequatur. Bald.

¶ Vbi apponitur verbum accuſo, & petitur quod pœnaliter procedatur. videtur criminaliter, non ciuiliter actum. verſicul. quid ſi primo. G. Rigor legis Corneliæ de ſic. non conſiderat exitum percuſsionis, ſed percutientem de puncto gladij, qui quantum in ſe, homicida eſt, & punitur, ac ſi vere occidiſſet: licet vere non ſit homicida, vnde mors de iure communi non inducit ſpeciem accuſandi, ſed modum. Sed ſtatuta terrarum, quæ ponderant factum à modo, non puniunt vt homicidam; quia non eſt, nec habet locum fictio in ſtatutis, nec in conſuetudinibus terrarum. Sic & quo ad irregularitatem, qui conſiderat actum completum, non eſt irregularis: quinimo etiam de iure communi æquitas iudicantis mitius punit eum, qui minus lædit. ff. de pœn. l. aut facta. §. penulti. verſicu. quod ſi primo. G. & idem nota. Cyn. C. de ſic. l. is qui cum telo. vbi Vide. Theologi vero actum intraneum conſpiciunt, & leges etiam animos diſponere uolunt propoſitis præmiis atque pœnis. ff. de iuſtit. & iur. l. j. §. j. Et not. quod vbicunque ponitur hoc uerbum in proceſſu, & per eum non ſtetit: nihil operatur, quantum ad pœnam ſtatuti, quod requirit ueros terminos facti, & toties ſtatutum habet locum, quoties eſt uera propoſitio de uera exiſtentia terminorum ſtatuti, ſecundum Oldra. Bald. uidetur j. de procur. §. criminalibus. ¶ Quid ſi iudex qui debet condemnare in perſona, condemnat in pecunia; Reſpondeo, ſufficit: nec poteſt iterum accuſari, & præſumitur pro iudice & iudicio, quod fecerit ex cauſa. uerſicu. quod ſi ipſum. G. & hoc uerum in ſententia, quæ expectat hominis declarationem. Secus in eo, quod uenit in ipſo iure: ut infamia. l. quid ergo. §. pœna grauior. cum ſi. & ſi iudex errauit, non datur fiſco auxilium reſtitutionis in publicis pœnis. ff. de mino. l. auxilium. quod eſt notabile. Bald. ¶ An de iure communi ualeat pax de uulneribus? Dico quod non: ſed de uiolentia ſic l. 2. ad Syl. uide ſupra. §. pax facta. & infra proxim.

¶ Si per formam ſtatuti poteſt fieri pax de homicidio intra octo dies & filius occiſi, ad quem pertinet. facit pacem cū Titio nomine occiſoris: an occiſor, qui erat forte in partibus remotis, poſsit ratificare poſt terminum? dicit Dyn. quod non, in l. bonorum ff. rem rati. hab. facit l. 1. in prin. ff. de appell. reci. dubium eſt: quia ſtatutum nititur reſpicere facientem, & ei imponere terminum, ſcilicet factioni, non acceptationi. Nam iſta ſunt diuerſa. de electio. capitul. quia propter. Item uidetur reſpicere ueritatem: at quod fit procuratori, uidetur fictitie domino fieri, non uere. ff. de reli. l. oſſa. §. fin. Sed certe pax eſt in his, quæ inhærent oſsibus: & ideo ratificans uere eſt in pace, non ficte. ff. de manu. uind. l. pater. & quia pax eſt actus reciprocus, eodem termino limitatur hincinde. argumen. ff. de uulg. & pup. ſubſtitutione. l. iam hoc iure. ſed ſi alter. Non obſtat quod abſenti quæritur liberatio & oblinio contumeliarum, & gratia. ff. de lib. leg. l. non ſolum. §. ſi liberationis. Inſtitu. de iniur. in fin. ff. de iureiurand. l. Labeo. & ſi nulla uidetur neceſſaria ratihabitio: quia aliud in pace ex natura pacis, quæ eſt actus correlatiuus, ſicut amor: ut j. de treu. & pa. §. 1. ubi uidetur requiri ſpeciale mandatum in pace fiēda: & ſi ſit ꝯiuncta perſona. Sed dic qđ hic actus ſapit defenſionē, nō actionem: ergo poteſt per quemlibet explicari, argument. l. non tantum. ff. de appellat. & de procur. l. ſeruum quoque. §. publice. ¶ An cogatur quis accuſare de homicidio, uerſicul. quid ſi uulnus. C. de accuſat. ſi quis homicidij. G.

¶ Qui excipiendo aliquid præſupponit, non fatetur: quia ſemper uidetur contradicere. ver. item repellitur. G. qui etiam agit, non intelligitur, id qđ dixit narratiuè non per modum cauſæ vel fundamenti confiteri de iure aduerſarii: ſed potius errare. ff. fa. erc. l. familiæ, quæ lex eſt not. Vide quod dixi. ff. de iud. l. ſi quis intentione ambigua, & j. de libel. concep. §. depoſiti. & §. pone ꝙ mutuaui. ¶ Prouocatus ad iram, ſi dixit uerba iniurioſa, non tenetur de uerbis iniurioſis: quia magis impellitur, quàm impellat. uer. quod ſi te. G. ¶ Exceptio renunciationis litis in criminalibus non poteſt opponi lite conteſtata, niſi ſit primò proteſtata: nec exceptio tranſactionis in criminali: quanquam ſecus ſit in ciuili, ſecundum Vbert. uer. item accuſator. niſi poſtea ſuperuenerit C. de conſor. eiuſ. lit. l. 2. Sed quod dico. quòd aut repellit crimen, & pœnam, aut perſonam, primo caſu poteſt opponi. Secundo caſu non. ff. de adulte. l. 2. §. qui hoc dicit. Bald. ¶ Infamis infamia facti non excluditur à teſtimonio per infamiam, niſi ex aduerſo ſint teſtes honeſti. verſicul. ſed quid de his. G. ¶ Laicus non accuſat clericum de publica iniuria, qui non eſt accuſatus in ſpeciali: & clericus, qui ſic excipit non obijcit foro, ſed actori, vnde non incidit in pœnam declinantium. verſiculo, itē quod eſt laicus. & ita vidi fieri per dominum Andr. vide Bald. ſuper Innocent. de ſentent. excommunicat. capitul. contingit. ¶ Poteſt clericus verberari in pœnæ ſupplementum. verſicul item quod eſt eius. G. quod ergo defecit in vna pœna, ſuppletur in alia. C. vt intra cert. temp. l. 2. Sed an iſta pœna ſurrogata, dicatur pœna maleficij? Et videtur quod non. ff. de in lit. iur. l. 1. ſed quod officio iudicis mercenario veniet. Ad idem. ff. de petit. hæredit. l. etiam. §. penulti. In contrarium, quia ſurrogatur loco ordinariæ pœnæ: vnde ſapit eandem naturam. argument. ff. de donatio. inter uirum & uxor. l. ſi donationes. §. ſi ſponſus. & dicit text. quod uerberibus de iniurijs ſatisfit. ff. de iniur. l. ſed & ſi unius. §. ſi ante. Ergo iſta ſolutio purgat delictum, ſicut pœna originalis. uide ſupra. de reo. §. an monachus. Bal. ¶ Pro homicidio ſtatutum imponit pœnam centum lib. & ſi quis bannitur ex contumacia, bannitur in quarto pluri: alio ſtatuto cauetur, quod non ſoluens pœnam homicidij intra decem dies decapitetur. Quidam bannitus ex homicidio ſoluit centum, ſed non ſoluit quartum plus: an depitabitur? quæſtio eſt, an pœna ratione contumaciæ ſapiat naturam pœnæ principalis? Et dic quod non: quia non eſt natura primordialis & eſſentialis, ſed accidentalis. ff. de petit. hæred. item ueniunt. §. cum Pedius. & not. in l. certi conditio. ff. ſi cert. peta. Item non eſt pœna homicidii, ſed contemptus: quia non uenit ex una & eadem cauſa immediate cum principali. ff. de arbitr. l. ſi quis rem. Bald. argumen. contra. ff. de pact. do. l. inter. §. cum inter. uerſic. nec ſperabitur? De conſuetudine in quibuſdam locis non fiunt inſcriptiones ad pœnam talionis. uerſicu. item quod non recte libellum. & tamen ualet proceſſus. argumen. ff. de publi. iudic. l. ordo. uide infra proxim. Bald. Sed quid ſi ſtatutum dat hanc formam, quod ille, qui accuſat, debeat promittere proſequi & probare, & in caſu quo ſuccumbat debeat promittere. 20. an ſi ſic non promiſit, erit proceſſus nullus. Et uidetur quod ſic: quia eſt omiſſa debita forma, & omiſsio modi & formæ, nedum in actu odioſo, ſed etiam in actu fauorabili, impedit diſpoſitionem legalem. ff. de uerbo. obligatio. l. qui Romæ. §. Flauius. ¶ Item non tenet proceſſus inordinatus, extra, de iudic. capitul. exhibita. & de reſtitu. ſpol. capitul. Piſanis. & de reſcript. cum dilecti. In contrarium uidetur, quod ualet proceſſus. Nam iſta promiſsio pœnæ 20. ſuccedit loco inſcriptionis. Sed ſi omittitur inſcriptio, ualet nihilominus proceſſus, & punitur actor, ac ſi ſe inſcripſiſſet expreſſe: ut not. C. qui accuſ. non poſſ. l. qui crimen. facit ad hoc C. de prec. imp. off. l. uniuerſa. ff. de procur. l. Pompo. §. rati. Aliud in exceptione ineptitudinis, quia reddit impoſsibilem pronunciationem. argument. ff. de interrog. ac. l. l. ſi filius. el 2. ¶ Et nota, quod accuſatio dicitur inepta pluribus modis. Primo modo, quando cauſa non infert concluſionem, nec de iure, nec de facto: ut quia accuſo te, quia minxiſti ad parietem: ut not. l. 1. ff. de edend. & de doli except. l. 2. §. circa. Secundo, quando continet apertam rei defenſionem: ut accuſo te, quia occidiſti bannitum: ut not. C. de accuſ. l. reos. & probatur C. de his qui ad ec. con. l. ſi ſeruus. & argument. de C. de li. cauſa. cum precum. Tertio, quando apertam accuſatoris continet calumniam. ff. de bo. li. l. qui cum maior. §. ſi patris. extra, de offic. uica. capitul. 1. per Innoc. Quarto quando apertam lapſus temporis continet præſcriptionem. ff. de adult. l. accuſatus. & facit ad prædicta. C. ne quis uela regia. l. 2. in fi. & ibi de hoc. Et no. ꝙ ibi libellus eſt ineptus ſecundo modo, ſiue propter omiſsionem modi ſiue formæ ſubſtantialis: ut l. libellorum. uel propter alias ineptitudines prædictas, bannum latum tanquam in contumacem, non ualet, nec uidetur contumax confeſſus eſſe maleficium: ut d. l. ſi filius. & no. C. de iur. calum. l. fina. §. ſin autem reus. Et ſi non ualet bannum, non ualet ſubſequens ſententia, quæ fundatur in banno. ff. de re iudic. l. ſi cum nulla. Nec meretur exequi ſententia quæ eſt ipſo iure nulla. ff. de fer. l. ſi feriatis. ff. de iudic. l. ſi prætor. de re iu. l. 4. §. condemnatum. cum ſi. Sed an exigitur fideiuſſor in d. cautione, ſi ſtatutum non facit mentionem de dando fideiuſ. uidetur ꝙ non, C. de uer. ſi. l. ſancimus. dic contra quia redacta eſt inſtar prætoriæ, & ad uigorem, & executionem iudiciorum interponitur. Tamen de coniunctis perſonis omnis fideiuſſ. eſt idoneus, etiam non poſsidens immobilia. ff. de in ius uocan. l. 2. ſed in aliis amicis non, niſi poſsideant immobilia, ut no. in Authen. de exhi. reis. §. ſancimus. tene menti. Bald. & uide j. de libel. concep. §. exceptio ineptitudinis. & j. de ſen. §. quod ſi libellus. Sed contra prędicta uidelicet, quod confeſsio facta ſuper inepto libello, non ualeat, uidetur ſupra de offic. iudic. §. ſi iudex. ſed ibi in uera confeſsione: hic in præſumpta, quod not. ¶ Sed quid ſi ſtatutum dicit, quod poteſtas teneatur de delicto ſuæ familiæ, & ſoluere omnem eius condemnationem, & repræſentare tempore ſyndicatus: modo dicunt teſtes. quod uiderunt quendam familiarem poteſtatis percutere. Titium, tamen neſciunt nomen, an ſufficit; & uidetur quod ſic: nam cū ſit uniformis conditio concluſorum ſub genere, debet ualere probatio generalis. argument. ff. de acquiren. hæredita. l. quod ſi dubitetur. & ff. de lib. & poſthu. l. Gallus. §. ſi eius. Contrarium eſt uerum. nam & in libello & probationibus requiritur ſpecificatio certi hominis. ff. nau. cau. ſta. l. licet. §. fin. Et ideo ſi teſtes non cognoſcunt nomen perſonæ, debent teſtibus corpora exhibesi. ff. de publica. l. ſi cum exhibuiſſet. & not. extrà, de teſtib. capitu. cum cauſam. per Bartol. hoc tamen fallit in actione, quod met. cauſa, ubi non oportet certi hominis factum argui. ff. quod met. cauſ. l. ſi cum exceptione. §. in hac. Si autem poteſtas non uult ſuam familiam exhibere teſtibus, uidetur ſubtrahere probationes, & fingitur contra eum. arg. C. de poſtu. l. pro uidendum. in fi. Sed illa non loquitur in ſufficienti probatione, tamen melius facit C. de aſſeſſ. l. nullus. & l. conſiliarios. quę optime facit. & arg. 22. q. 5. c. cum homo. ¶ Sed nunquid poteſtas tenetur pro familiari, qui debet cōdemnari ex contumacia? dic ꝙ ſic: quia tenetur de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo. & cum teneatur ex facto alieno, non dicitur poteſtas teneri ex maleficio, ſed ex quaſi maleficio: quia uſus eſt opera malorum hominum: vt ff. de fur. l. aduerſus. & nau. cau. ſta. l. j. in fin. & facit gl. ff. de off. proconſul. l. obſeruare. §. j. Bald. vide infra proxim. §. j. ¶ Sed nunquid poteſtas teneatur pro familia, quam non eligit, ſed commune dat ſibi? Dic quod non: quia nō eligit ipſe, ſed commune dat ſibi, ff. loca. l. cum in plures. §. ſeruum meum. ſecundo reſponſo. qui §. eſt arg. bonum in ratione ſui. Bald. vide infra. proxim. ¶ Sed quid ſi familiaris deceſſit? Dic quod poteſtas non tenetur. ff. qui ſatiſda. cogan. l. ſi deceſſerit. Idem ſi eſt bannitus ex alia cauſa, ita, quòd de iure ſiſti non poteſt propter bannum, ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi quis. Et ideo cūm familia delinquit, & poteſtas non uult teneri, nec ipſe poteſt cognoſcere, facit antequam tempus ſit ſyndicatus poni delinquentem in banno per aliquem officialem ciuitatis, per dictas leg. Bal. ¶ Sed nunquid procedit accuſatio ꝯ ſyndicum, qui accuſatur, ꝙ non denunciauit quoddam homicidiū cōmiſſum tali tēpore in tali loco: nec dicitur à quo: nec in quem. Et videtur quòd ſic: quia ſufficit quod conſtet ſcelus intercempti, licet nomina facientis & patientis non apponantur. ff. ad Syl. l. j. §. illud. & ibi Ia. Nā ſyndicus ad curam & ſolicitudinem ſuam debet hoc reuocare, & alium inſtruere, & alia nomina edere non autem petere quod ſibi edantur. ff. de [illegible] l. ſi quis ex argent. §. fin. argu. contra, in l. licet. §. fin. nau. cau. ſta. Pro

parte facit, quod non ſit neceſſe nomen offenſi apponi, ſi tamen de corpore conſtet, facit quod no.3.q.8.c.præſcripta.§.libellorum.non eſt autem neceſſe, quo ad libelli aptitudinem, ſed quo ad effectus probationis, debet conſtare de corpore. A prin.enim nil liquere poteſt, quia probationes non fiunt à principio, ſed in medio cauſæ.extr.ut lite non conteſt.c. quoniam frequenter. ¶ Sed nunquid excuſant tenebræ noctis? Eſt arg. ꝙ ſic, in glo.l. ſi cũ exceptione. §. in hac. quod metus cauſa. ff. Sed nunquid eum excuſet, quod propter tumultum ſciri non poteſt quis fecerit? Videtur quod ſic, per dictam glo.arg.contra, quod tunc omnes, qui interfuerunt, denunciandi ſunt. ff.ad l. Aqui. l.item Mela.§.ſi plures. Facit ff.de ſic.l.ſi in rixa.& iunge §. proxi.§. & generaliter not. quod de abſconſo maleficio non tenetur quidẽ, de aperto tenetua.ff.ad Syl.l.j.§.occiſorum, & ibi per Iac.Bald. Sed nunquid excuſat ſyndicum domeſtica inquiſitio: quia interrogauit omnes, & non potuit inuenire? & videtur quod ſic, ut C.de his qui.ut indig.l.ſi ea. in gl. parua, ſuper uerbo, habetur. Contrarium videtur: quia hoc non eſt ſuum officium, ſ.examinare teſtes, ſed ad iudicem pertinet. Facit quod not. C. de teſta.l.hac conſultisſima.§.pen. Sol. ſi fecit quicquid potuit pro inueſtigando non tenetur.ff. loc. ſi merces in fin. Nam ignorantia publica excuſat eum: imò etiam ſua propria & ſingularis, ſi ſit iuſta: puta, quia fuit abſens. arg.l. fin.ff.de decr.ab ordin.facien.& de pign.act. l.tutor §.j.de interrog.ac. l. de ætate.§.ex cauſa. vide j.proxim. Bald. ¶ Sed quid ſi ſunt duo ſyndici unius caſtri.& unus denunciauit: nunquid prodeſt alteri, qui non denunciauit? Dic quod ſic: quia ſunt collegæ, & factum ab uno uidetur factum à quolibet, & non debet amplius alius ſe intromittere.arg. l.j.ff.de offic.conſu. Ex quo enim unus nomina condit, alter ſe non põt intromittere. Itẽ quia denunciatio eſt indiuiſibilis: ergo omnibus prodeſt.ff.quemadmo.ſer.amit l.ſi communem. Item delatus ab uno non debet ab alio deferri. Item quia non intereſt reipublicæ. ¶ Sed an fama publica excuſat ſyndicum, qui denunciauit falſum maleficium? Dic quod ſic. quia ſicut fama ſufficit iudici ad inquirendum, ita ad denunciandum. Item fama excuſat. ff. de adul. l. miles. §. mulier. Item, ſyndicus non uidetur teneri, niſi de dolo, propter neceſſitatem officij.ff.de cuſtod.reorum.l.diuus.arg.no.in l.athletas.§.calumniator. ff.de infam.& l.fina.ff.ſi menſ. fal.mo.dixe.& ff. ad Turpil. l. j. §. calumniator. in uer. pepercit. Sed an ſyndicus debet apponere teſtes? Dic quod ſic: quia debet probationes adducere.ff.ad Tur.l.ab accuſa.§. nunciatores. ¶ Sed quid ſi uilla careat ſyndico, an poterunt cogi homines ad faciendum ſyndicum, qui denunciet? Dic quod ſic: argu. ff. de fideicom. li. l. ergo. §. creditoribus.& quod no. per Iaco. ¶ Sed nunquid poteſt iudex cogere ad denunciandum illum, qui ſcit, licet non habeat officium? Super hoc dic ut no.ff.de cond.ob turp.cau.l.idem eſt.§.ſi tibi indicium. ¶ Sed an teneatur ſyndicus denunciare maleficium non punibile? Videtur quod non nam non eſt maleficium, ſi non eſt punibile arg.no.quod metus cauſa.l. accuſationis. In contrarium facit quia ad ſyndicum non pertinet hæc cognitio, ſed ad iudicem.facit ff. ad Syl.l.ſi quis in graui.§.j. Sol. maleficium poteſt eſſe etiam quod non punitur: quia quandoque eſt maleficium ſine pœna, ut periurium. C. de reb.cred.l.j.§.quod autem. ff. de leg.l. quid ergo.§. his. ¶ Item, ex poſt facto remanet maleficium impunitum propter temporis præſcriptionem.ff.de adul. l.mariti.§.pen. vel propter principis indulgentiam.ff.de conſti. prin.l.j. Nemo tamen negat maleficium eſſe, quod eſt a iure naturali prohibitum, ut l.ut uim.ff.de iuſti.& iure.tamen quicquid ſit per hoc uerbum maleficium in iſto ſtatuto intelligo, id eſt, factum, cui imponitur per legem nomen maleficij: ut furtum percusſionem, dãnum datum, & ſimilia, quæ cadunt in notitiam ſenſati, ſeu ſenſus. Nam ſyndicus quaſi teſtis eſt arg.extr. de teſtib. capitu. præterea. Reſpon. igitur ad quæſtionem: aut erat tale factum, de quo non poterat initiari proceſſus: & tunc ſyndicus non tenetur denunciare.arg.ff.iudicat. ſol. l. uir bonus. Aut poterat procedi: licet reus poſtea poſſit uitare condemnationem: & tunc non tenet ſyndicus denunciare nĩ vĩ factũ. ¶ Sed an ſyndicus teneatur denunciare factum cum qualitatibus? Dic quod non, niſi ſtatutum eum arctet ad omnia denuncianda.nam qualitates non ſunt crimen, ſed circa crimen: & ideo ſi ſtatutum facit mentionem de facto & crimine, non includit neceſſe qualitates. Poteſt ergo ſi uult tamen non cogitur a ſtatuto. ſed quod omittitur à ſtatuto non debet omitti a religione iudicantis, arg.ff.de teſti. l.ſcio. Vnde ex officio debet compellere ſyndicum, & ab eo plenum officium deſiderare: ut l. idẽ eſt.§.ſi tibi.ff.de cond. ob tur.cau.& arg.ff.ad Turp.l.2. §. antep.

a ¶De accuſato[a]. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Accuſari poteſt quilibet non prohibitus.*
*Filiusfa.monachus, aut ſeruus, an poſſint accuſari.*
2 *Præſes vel legatus prouinciæ aut magiſtratus populi Romani accuſari non poſſunt.*
3 *Imperator accuſari poteſt coram papa de quolibet graui crimine, & ab eo iudicari.*
4 *Magiſtratus maior, in quibus, & quando poßit accuſari.*
5 *Accuſari non poteſt quis de crimine apud pedaneum iudicem.*
6 *Legatus Imperatoris nec accuſari, nec accuſare poteſt.*
*Accuſari non poteſt qui in ius vocari non poteſt.*
7 *Vniuerſitas delinquens an poſſit accuſari, per ſyndicum conſtituere.*

1.6. Viſo de exceptionibus, quę accuſatorem ex pſona eius repellunt, ſequitur videre de his, quę ratio

1 ne perſonæ accuſati competunt †Et ſcias, quod quilibet accuſari poteſt, qui non inuenitur prohibitus: ut s.tit.de accuſatore. in prin.diximus Sunt autem quidã prohibiti accuſari: & primò ſeruus non accuſatur de crimine, pro quo pecuniaria pęna imponi
b tur, puta l.Iul.de vi.priuata[b]: quia proprium non habet. Inſti. de pub.iud.§.item l.Iul.de vi priuata.vel pro quo imponitur pœna amittendæ ciuitatis: quia non eſt ciuis. Inſti. de liberti. vel pœna capitis: quia caput non habet, cum non habeat patrem: imo ſpurius intelligitur: vt C.de ſuis & le. hære. ex libera. & ſic nec lege
c Pompeia de parricidijs: nec forte [c] l.Cor.de iniu.hæc probantur C.ad l.In de vi.pu ſeruos, qui in fine.ff.de ac.hos.§. omnib. quia non poteſt perdere quod non habet: arg.j.q.7. Da ibertum.extr. de deci.dudum.& ff.de fur, itaque fullo & extr.de reſt.ſpo.olim. Dominus tamen poteſt eum defendere.ff.eo.ſi ſeruum. &. ff. de publi.iud.ſciendum. Secũdum canones tamen poteſt accuſari ſecundum dominum meum, arg. 2. q. 7. quæritur. quia & mittitur ad ſedem Apoſtolicam abſoluendus.extr.de ſen. excom. relatũ. Filiusfa. autem poteſt accuſari ſecũdum Acc. Sed an monachus poteſt accuſari, dixi s̃.de reo.ver.item ſeruus.& ſeq.s̃.de actore.
d in diuerſis verſ.[d] † ¶Item nõ poteſt accuſari præſes prouinciæ,
2 nec legatus prouinciæ, nec magiſtratus populi Romani.ff. de accu.hos accuſare.& s̃.tit.proxi.ver.item quod eſt magiſtratus. Itẽ papa & Imperator, qui ſoluti ſunt legibus, accuſari non poſſunt, extra, de conceſ.præben.propoſuit.C.de legi.digna.21.diſt.nunc autem.& 9.q.3.nemo.& cap.facta. & c. ſeq. Hæc enim ſunt duo magna luminaria ad mundi firmamentum & regimen poſita: ut extra.de maio.& obed.ſolitæ.§.præterea.96.diſt.duo.& ſunt etiã duo dona ad hoc à ſuperna collata clemẽtia, in Authen. quomo
3 do opor.epi.& cæte.cle.ad or.per in prin.colla.j. † ¶Sed dic[e], ꝙ
e Imperator accuſatur coram papa de hęreſi, ſacrilegio, & periurio & quolibet graui crimine: & ab eo iudicatur.extr.de re iu.ad apoſtolicæ.& de homicidio, pro humani.lib.6.vt ibi dixi: & pro voto facto.extr.de voto licet.& pro ſimilibus.15.q.3.alius. Item.& arg.C de ſum.tri.l j.& l.fi.extr.de iud.nouit.& in præ.c.ſolitæ. Papa etiam tantum de hęreſi accuſatur.40.diſt.ſi papa.& tunc vel à ſynodo, vel à principe: vt 23.q.5 principes.& 96.diſt.ſicut quamuis.& c.nos.ad fidem, vel a corpore fidelium.ea.diſt.vbi nam vel ſi ſubmittat ſe alicuius iudicio 2.q.7.nos ſi. ff.de iur. om. iud. eſt receptum, alias nunquam accuſatur: vt in præd. c. nunc autem.
4 † ¶Itẽ nec maior magiſtratus: ſicut nec accuſare.ff.de accu. hos. quod dic vt in præ.verſi.Item quod eſt magiſtratus. Sed licet nõ poſſit accuſari tempore ſui honoris, tamen bene interficitur: ut
f in eo.ver.[f] eius etiam accuſatio differtur: ut præſtita cautione ab eo reus præſtolatur: prout traditur, ff.de adul.ſi adulterium. §.ſi. miles tamen durantib.ſtipẽdijs bene defertur.ff.de re mi. milites phibentur.in fi.& tutor durante officio.C.de ſuſpe.tu.eum.& s̃. de reo.ver.item tutor.& iunge hic quod eſt j. ver. item nec lega-
g tus.Itẽ, ꝙ accuſatus fuit aliàs abſolutus[g] ſuper eo crimine. quod
h dic vt s̃.tit.proxi verſi. item quòd accuſatus[h]. Itẽ repellitur accuſans clericum coram iudice ſeculari de crimine canonico, ſeu eccleſiaſtico.in auth.de man.prin.§.ſi vero cano.col. 3. & vt clerici apud propri epi.con. per totum. & s̃. de reo. ver. item clericus.quod dic vt 11.q.j.in ſumma. Item cauſa criminalis epiſcopi & presbyteri & diaconi plures iudices requirit: vt j. de ac. §. 4.
5 ver.j. ¶Item apud pedaneum iudicem non poteſt quis de crimine accuſari. de peda.iud.per totum.ff.de off.eius cui man.eſt iur. l.j.Item nemo ſine accuſatore damnatur: ut extrà, vt ec. bene. c. vnico.ff.de mu.& hono.reſcripto.niſi in caſibus qui no.in præd. Decr.& 2.q j.c.de manifeſta.Item, minor de lapſu carnis non ac-
i cuſatur, ſed de alijs ſic, ff.de adul.ſi minor.extra, de deli.pue.c.j.
6 & 2.[i] † ¶Item nec legatus Imperatoris vel præſidis prouinciæ accuſare

ADDITIONES.

a Hæc fuit.13.rub.Roffr.ſecundæ partis libel.iur. canonici, qui poſſint accuſari, & qui non: & ab Azo.in Summa, de accu. & ab eo. & Hoſti. loco alleg. j.verſi. ꝙ ergo habetur totum, quod hic ſcribitur.
b Vi priuata. ¶ Vide quod dixi ſuprà, de actore. ſuper verſicu. item ſeruus.
c Forte. ¶ Hoc dixit Azo. vbi ſupra, & Hoſt.& rationem reddunt: quia ſolet plerunque arbitrio iudicis imponi pœna perditionis ciuitatis, quæ non cadit in eum: vt s̃.
d Diuerſis ver. ¶ Et maximè verſi.ſed quid ſi dubitatur. G.& vide quod ibi dixi. Adde quãdo papa poſſit accuſari & denud
conſil.penul.
e Sed dic. ¶ Secundum Hoſt.vbi s̃.quod præcedit
f Eo.ver. ¶ Per illum hic intelliges.
g Abſolutus. ¶ Quid ſi tranſegit? Adde quid ſi ab
eſt probatum, Roff.conſi.223.
h Accuſatus. ¶ Addit Hoſt.quid ſi cum eo fuerit d
Summam de accuſ. ver. quis ſit effectus. & ver.
ſchiſ.c.2.& j.de abol.ver.porro.& ver.ſed cum s̃,
i Et 2. ¶ Vide ꝙ ſcripſi de ſen.exc.c.Romana.§.v

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN